

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4159

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Asnières-sur-Oise, Notre-Dame de Royaumont (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1246, décembre

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, donne à l'abbaye et aux moines de Royaumont des revenus de diverses terres en Normandie.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1176, p. 321-322.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos, pro anima nostra et pro anima inclite recordationis regis Ludovici, genitoris nostri, et pro anima carissime domine et matris nostre Blanche, illustris regine Francorum, et pro animabus predecessorum nostrorum, abbatie nostre Regalis Montis, Cisterciensis ordinis, et monachis ibidem Deo servientibus damus et concedimus in puram et perpetuam elemosinam redditus terrarum que in diversis partibus Normannie, de mandato nostro, tradite sunt colonis, videlicet : in foresta de Aquosis, DCCLXX acre tradite, quelibet acra pro v. s. t. tradita est ; summa denariorum acrarum predictarum: CXCII l. et X s. ; — Item, in parrochia de Braqueleuth, CX acre, quelibet acra pro VI s. ; summa denariorum : XXXIII l. ; — Item in eadem parrochia, LXXX acre, duabus minus, quelibet acra pro V s. ; summa denariorum : XIX l. X s. ; — Item, in eadem parrochia, LXXX acre, quelibet acra pro III s. ; summa denariorum : XVI l. ; — Item, [in dicta] parrochia, LXIII acre, quelibet acra pro III s. ; summa denariorum : IX l. IX s. ; — Item, in parrochia de Lovethot, LX acre, quelibet acra pro VI s. VI d. ; summa denariorum : XXI l. IX s. ; — Item, in parrochia de Innocentibus, XCIII acre, que tradite sunt duobus colonis pro XV l. V s. ; — Item, in foresta de Longboel, CCCXX acre, quelibet acra pro V s. ; summa denariorum : LXXX l., de quibus denariis debet habere abbatia Regalis Montis LXV l. IX s. ; abbatia de Lyra pro decima et reddecima XIII l. XI s. ; — Item, in foresta de Maloleporario, CCLXXIII acre, quelibet acra pro V s. ; summa denariorum : LXVIII l. X s. ; — Item in foresta de Bors, XL acre, tradite hominibus de Esverartvilla, quelibet acra pro III s. ; summa denariorum : VIII l. ; — Item, in eodem territorio, LXXXV acre, quelibet acra pro VI s. ; summa denariorum : XX l. X s. ; — Item, in eodem territorio, VIII acre pro XL s. ; — Item, VIII acre, pro XL s. ; — Item, XX acre, pro C s. ; — Item, XX acre pro C s. ; — Item, XX acre, pro III l. ; — Item, II acre, pro VIII s. ; — Item, X acre, pro XL s. ; — Summa omnium dictarum acrarum : MMLXVII acre ; summa denariorum : D l. t, minus CX s. — Nos igitur omnes redditus terrarum omnium predictarum damus et concedimus in puram et perpetuam elemosinam dicte abbatie nostre Regalis Montis et monachis ibidem Deo servientibus,

salvo jure alieno, nihil nobis et nostris successoribus retinentes nisi justiciam corporum hominum et membrorum. Item volumus et mandamus quod omnes illi homines et heredes ipsorum qui habent vel habebunt in posterum terras superius memoratas solutionem reddituum faciant annuatim ad duos terminos, videlicet ad octabas Pasche medietatem, et ad octabas Beati Remigii aliam medietatem. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato fecimus communiri. Actum Parisius anno Incarnationis Dominice M° CC° XL° VI°, mense decembri, regni vero nostri anno XX°, astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa: dapifero nullo ; signum Johannis camerarii ; signum Stephani buticularii, constabulario nullo. Data, vacante cancellaria.